



SELECTIONES

ÆSOPI PHRYGIS

Fabulæ,

Et LUCIANI

SAMOSATENSIS Dialogi.

*ISOCRATIS Orationes*

duæ, ad DEMONICUM  
& NICOCLEM.

CEBETIS THEBANI

Tabula.

*Græce & Latine.*

---

In usum Juventutis Scoticæ Græcarum  
literarum studiosæ.

---

EDINBURGI,

In Ædibus THO. RUDDIMANNI, Sumptibus GEO.  
STEWART, Bibliopolæ in Area Parliamentaria.

---

M. DCC. XXIII.



# Bibliopola Lectori.

S.

**Q**UAMVIS tam perspicua sit hujus Sylloges utilitas, ut nullâ ferè præfatione opus esse videatur; haud ab re tamen fore existimavimus Lectorem admonere, non nos privato nostro consilio, sed eruditissimorum in Academiis nostris Professorum suasu atque instinctu rem aggressos, quâ nimirum non minori solùm sumptu, sed & commodiore mole comparetur quantum ex optimis hisce Auctoribus in Scholis nostris vulgò doceri solet. Ceterùm ad Textum quod attinet, quemadmodum

emendatissimorum exemplarium in hac nostra editio-  
 ne fidem sumus sequuti, ita Typographum sedulo &  
 accuratè partes suas obiisse speramus. Reliquum est,  
 ut quàm maximas possum gratias agam doctis-  
 simis quos supra laudavi Academiarum nostrarum  
 Moderatoribus, & aliis eruditione præstantibus vi-  
 ris, qui ut superiore anno operam meam in Euripi-  
 dis *Medea* & *Alceste*, unà cum magni nostri Bu-  
 chanani versione Latina edenda promptè ac beni-  
 gnè promoverunt, ita eandem animi benevolentiam  
 erga nostros hosce conatus prolixè polliceri sunt di-  
 gnati.

G. S.

ÆSOP.



FABULARUM

ÆSOPICARUM

DELECTUS.

---

α. Κοχλίας.

**Γ**ΕΩΡΓΟΥ παῖς ἄπιστα κοχλίας, ἀ-  
κίσας δὲ αὐτῆς τρυζόντων, ἔφη, ὦ κἀ-  
κίσα ζῶα, ἢ οἰκιῶν ὑμῶν ἐμπιστραμμένων,  
αὐτοὶ ἀδέλφει;

I. Cochleæ.

**I**Mpositas prunis Cochleas intentus & hærens  
Filius agricolæ circumfuso igne coquebat.  
Illæ humore graves, & succo obstante calori,

A

Edebant

res opinentur : eorumque causâ ordine faciunt omnia, etsi maximè impia esse videantur. Hæc verò eis accidunt, quia, quid bonum sit, ignorant. Illud enim ignorant, bonum ex malo fieri nequaquam. Multos autem videre licet in divitiarum possessionem ex pessimis & turpissimis facinoribus devenisse, veluti proditionibus, deprædationibus, homicidiis, calumniis, rapinis, aliisque compluribus & pravis operibus. Ita res est. Si igitur, ut par est, ex malo bonum nullum provenit divitiarum verò ex malis facinoribus proveniunt; divitias nequaquam bonum esse necesse est. Sic ex isto sermone contingit. Cæterùm ne sapientia quidem & justitia ex malis operibus acquiri potest : neque itidem injustitia & insipientia ex bonis. Siquidem ipsa eadem simul consistere non possunt. Divitias verò & gloriam & victorias & reliqua id genus multa cum pravitate cuiquam contingere nihil prohibet. Quapropter hæc neque bona neque mala censeantur. Cæterùm sapientia duntaxat bonum : Insipientia verò malum. Rectè, inquam, & sufficenter mihi dicere videris.

